

bus corrumpenti, factaque iam pridem  
emplastra & collyria mercantur, tabes-  
que mercium. Fraus seplasiæ sic exteri-  
tur. Hinc ergo concludimus, non solis  
rationum momentis, sed & antiquita-  
tis medicæ exemplis & auctoritatibus  
pharmacorum legitimam præparatio-  
nem medicæ operationi deberi, nec si-  
ne graui periculo indoctæ pharmaco-  
pœorum turbæ committi.

*Aduersaria  
argumenta.*

*3. Disput.  
parte adu.  
Parac. fol.  
62.*

Quamuis non desint ex aduerso plu-  
ra, quæ contrarium persuadere possint.  
Thomas Erastus, acerrimus nouato-  
rum omniū hostis, sex profert rationes,  
quibus inducti suis manibus pharmaca  
nonnunquam concinnent Medici. Ha-  
rum tres potiores sunt, quod materiam  
remediorum, in qua discrimen non le-  
ue sit positum, solus Medicus, ijs signis  
diagnoscat, quæ alteri indocto, vix ido-  
neis explicari imprimè verbis queāt,  
quod mixtionis aptum momentum, in-  
superatis quandoq; morbis oppositum,  
imperita plebs pharmacopœorum non  
assequatur: quod necessitate sæpius ad  
hanc & scientiã & operationē pharma-  
copœi absentia cōpellatur. His quidē  
ratio-